

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

De duumuiris sacrorum. Caput XIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

F E N E S T E L L A

Gallorū nomē
 borem cū ipsa nympha trucidauisse, adolescentem metu
 ferē exanimatū, in uicinum montem, cui nomen Didy-
 ma est, confugisse, doloreq; amentem, pudoreq; admissi
 facinoris, membrum quo deliquerat, abscidisse. Hac ra-
 tione facti dea memor, per eiusmodi homines perpetuo si-
 bi ministrari uoluit. Gallorū uero nomē à flumine Phry-
 gie uetusto, quod templo huius deæ uicinum est, tractū
 ferunt, cuius, ut ferunt, fluuialis undæ ea uis est, ut po-
tantes insanire compellantur.

D E D V V M V I R I S S A

crorum.

C A P V T X I I I.

DVūmūiri sacrorum, quanto monumenta uete-
 rum legendo consequi ualui, sacris libris legen-
 dis, carminibusq; Sybille, fatisq; Po. Ro. inter-
 pretandis præerant, ut Apollinis sacrarumq; cæremoni-
 arū Antistites erant, & quoties prodigia magnos ali-
 quos rerū euentus auspiciātia emersissēt, lectisternijs ad-
 puluinaria deorum factis, ut illorum minas auerterent,
 supplicis sacrisq; placabant. Eorum etiam ritu prospice-
 re gestis rebus decernebātur. Huius sacerdotii nullā ante
 mentionem reperi, q̄ tempore quo ædes Castori, per fi-
 lium Posthumi secundi dictatoris, qui tunc diuūmūir,
 dedicata est. Latino enim bello pater ipse dictator uo-

uerat. Caterum cum multo tempore, duo ad hoc ipsum sacerdotium uiri creati essent, ac plebs de suo quoq; corpore creare consules pergeret, neq; ad id ipsum satis uirum esset, obtinuit tandem, ut qui duūm uiri in eam diem creati fuissent, decem uiri crearentur, quinque ex patribus, totidem ex plebe electis. Quare ex duūm uiris, decem uiri appellari coepti sunt.

Decem uiri
è duūm uiris.

DE SEPTEM VIRIS

Epulonum.

CAPVT XIIII.

Septemuiratum epulonū, q̄q̄ ut coniectari potest, genus esse sacerdotii praesumitur, propterea quod cum de uacatione Vestalis sacerdotii agitur, filiae Auguris, decem uiri sacrorū, Flaminis, Septem uiri epulonum sacrorum, ab hoc sacerdotio excusationē merentur, inter sacerdotia hoc ipsum subiungitur. Vt cumq; id fuerit, quoniā nihil quicquam de hac re mediocris etiā fidei autoritatisq; reperi, quod huic ordini officium commissum esset, ausus asserere non sui. Plinius tamen cum esset orationē habiturus, cū quasi propter futuros astutes timeret, dixit. Stabat medio cōsularis, modo septem uir epulonum. Sunt adhuc Romae in Pyramide quadratā incisa haec uerba. Opus absolutum diebus Cxxx. è testam. C. Cornelii. tr. pl. Septem uiri epulonum.